



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De  
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiæ, 1617**

Elogia Magnorvm Virorvm De Hisce Libris, qui olim, maximè in Italia,  
Ioanni Gersoni falsò inscribebantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

ELOGIA  
MAGNORVM VIRORVM  
DE  
HISCE LIBRIS,  
qui olim , maximè in Italia,  
IOANNI GERSONI  
falsò inscribebantur.

B. P. IGNATII LOIOLÆ  
Societatis IESV fundatoris.

*Ludouicus Gonzalez in Actis beati IGNATII summâ diligentia ro-  
gatu Ioannis III. Lusitaniæ Regis  
annotatis, quæ manuscripta Romæ  
in domo Professâ asservantur, ita  
testatur:*

SOLITVM fuisse sanctum Patrem  
quotidie legere vnum caput ex  
libello Ioannis Gersonis : & qui-  
dem vnum eo ordine , quo in eo  
disposita sunt capita. A prandio  
verò , & aliis horis , solitum alte-  
rum

rum caput euoluere , quod veluti  
casu , aperto libello , sine vlo folio-  
rum discrimine obtigisset : semper  
que inuenisse in eo materiam , præ-  
sentianimi statui accommodatam ,  
& quam ipse beatus Pater eo tem-  
pore in animo impressam haberet .  
adeoq; familiarem ei fuisse istum  
libellum , vt moribus suis , verbis ,  
motibus , actionibus denique om-  
nibus , salutaris illius libri docu-  
menta perfectissimè exprimeret ;  
vt qui cum beato Patre assidue  
versabantur , agnouerint in eius vi-  
tâ viuam imaginem expressam  
Ioannis Gersonis , cuius lectionem  
commendabat omnibus quibus-  
cum tractabat .

*Petrus Ribadeneira lib. I .cap.XIII.*

*Vitæ B. P. IGNATII.*

**T**HOMÆ de Kempis de Imi-  
tatione Christi libello pluri-  
mūm tum vtebatur , illiusq; lectio-  
nem valdè semper probauit , atque  
ita illius libri spiritum & doctrinam

\* 5 hau-

hausit, tam audie arripuit, tam perfecte in se expressit, ut ( multorum iudicio ) IGNATII vita solida quædam, eminens ac viua esset imago eorum preceptorum omnium, que aureo illo libello continentur.

*Nicolaus Orlandinus par. I. lib. v. hist. Societatis IESV, num. 9.*

**Q**uo domum receptus est die Hieronymus Natalis, monuit beatus IGNATIVS, vt biduo post ministrare coquo & hortulano inciperet, & quotidie caput ex Geronone, in quo meditaretur, legeret: tum alia capita, vt necessitas vel infirmitas postularet. Idque dixit beatus Pater cum mirificâ ( vti semper solebat ) laude eius libelli: addens, fore, quod in se ipse quidem esset expertus, ubi etiam fortuitò aperiret, vt quæ præsenti necessitati conuenientia essent, occurrerent.

CAR-

CARDINALIS BELLARMINI.

*Ipse de se in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, in Ioanne Gersone.*

**O**PUSCULVM est utilissimum, & iure in totâ Ecclesiâ summo omnium consensu receptum & frequentatum , & in omnes linguas conuersum . Ego certe ab adolescentiâ & usque ad senectam, hoc opusculum sàepissimè volui, & reuolui : & semper mihi nouum apparuit , & nunc etiam mirificè cordi meo sapit.

REGIS MAVRITANIAE.

*Henricus Sommalius Societatis Iesu in epistolâ ad Leonardum Bettini Cœnobij S. Trudonis Abbatem.*

**Q**VANTA sit huius libelli dignitas, quâ se omnibus longè latèque probauit , vel ex hoc liquidò patet : quòd post sacros codices, nullus tam crebrò typis fuerit ex-

cusus : nullus tam cupidè ab omnibus expertitus ac lectitatus, à summis, mediis, infimis : nullus qui intam varias sit linguas transfusus, atque omnium calculis approbatu. Referam hīc, quod nisi grauis simis testimoniis niteretur, incredibile videri posset. Cūm quidam è Societate IESV ante annos plus minus duodeuiginti, Argirium Mauritaniae profectus fuisset, pretium redemptionis captiuorum latus; Rex, qui aliquando Christianus fuerat, eum in suam duxit Bibliothecam, variâ librorum supellectili instructam : varios hīc illi codices visendos porrigit, atque in his librum de Imitatione Christi, vulgari Turcarum lingua conuersum. adiecit autem, pluris se vnicum illum facere, quam reliquos omnes Mahumetanorum.

O M I T-

**O**MITTO alia virorum grauiſſi-  
morum testimonia , cùm conſtet  
viris sanctiſſimis librum hunc ita fa-  
miliarem fuiffe , ut S. Carolus Borro-  
mæus Cardinalis & Pius V. eum viæ  
vitæq; ſuæ comitem ſemper adſciue-  
rint : ex hoc B. Philippus Nerius reli-  
giosum ſpiritum imbibit ; eo Alexan-  
der Saulius Papiensis Episcopus ani-  
mum ſuum grauiſſimis diæcſis ſuæ  
curis distractum refecit & oblectauit.  
Hunc Ioannes Vendvillius , Torna-  
censium in Belgio Antifteſt, eo loco ha-  
buit, ut quoties Thomam à Kempis fi-  
bi depoſceret (quod indies factitabat)  
non aliâ voce , quâm DA LIBRVM,  
κατ' ἐξοχώ uiteretur. Denique commu-  
nis omnium noſtrūm parens ac dux  
B. IGNATIUS Filiis ſuis eum librum  
maxime commendauit. Quo factum  
eft , ut nullum pænè in Societatis no-  
ſtræ domiciliis cubiculum ſit , cuius au-  
tor iſte non ſit inquilinus.